



Pannon cum fratribus Salone & Azalo quoq;
Tuisconis castra secuti, in Europam peruen-
runt. Hisce ob eorum merita Tuisco eam prouinci-
am, quæ Istro, Drauo, & Sauo tribus celeberrimis
fluuïjs uallatur, donauit. Eam senior fratum de se
Pannoniam nominauit. quanquam nō desunt qui
à Pane pastorum Deo eam regionem sic dictā ar-
bitrētur. Verūm potest idem & Pannon fuisse, qui
à parentibus suis pecora optimē pascere in Syria e-
doctus, eandem rationem postea in eas terræ par-
tes introduxit, atq; à pastoribus pro Deo habitus
fuit. Ptolomæus quoq; dum Panponiam describit,
etiam urbem Salam, & populum Azalorum, à suis
conditoribus denominatos, recensuit. Hodie illa regio partim Vngaris, par-
tim Styrijs & Austriacis subdita esse censemur. Ber. Zieg.